

sigillum meum presentibus sunt appensa, Datum stokholmis anno domini M^o, CCC^o, decimo, feria tertia post dominicam trinitatis.

Sigillen N:o 1, 2, 4 skadade; N:o 3 bortfallet, remsan qvar.

1682.

1310 d. 19 Juni.

Ärkebiskopen NILS KETTLILSSONS vidimation af Domprosten Israels i Upsala föregående bref.
A. 3. b.

Omnibus presentes litteras inspecturis, NICOLAUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis Salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus omnibus euidenter nos vidisse Reuerendi viri domini israelis condam prepositi vpsalensis, litteras non raras, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas sub hac forma Omnibus presentes litteras &c. *Se föreg. N:o 1364.* In Cuius rei euidenter testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum, datum anno domini millesimō. CCC^o. X^o. feria .VI. post dominicam trinitatis.

På fränsidan: Littera recognicionis super decem oris (in nyusta med annan hand tillsatt) terre preposito andree datis ex parte domini israelis prepositi condam Ecclesie vpsalensis.

Sigillet skadadt, hänger på en ur brefvet klippt remsa.

1683.

1310 d. 23 Juni.

Dekanen LARS OLOFSSONS i Upsala testamente af jord i Östista samt en lott å Fyrisängen till Upsala domkyrka, till en beständig vicaria i Petri och Pauli kapell.

A. 4.

Omnibus presentes litteras inspecturis, LAURENCIUS OLAVI quondam filius, decanus ecclesie vpsalensis, salutem in domino ihesu christo, Quoniam vt ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal christi, recepturi prout in corpore gesserimus, siue bonum fuerit, siue malum, seminandum est in terris eternorum intuitu dum tempus habemus, quod Reddente domino, tempore retribucionis eterne colligere valeamus in celis, salubri commercio terrena commutando in celestia, et transitoria in eterna, volens igitur ego laurencius decanus supradictus, tempus illud messionis extreme operibus misericordie preuenire, bona mea in østistum do et lego pro anima mea et parentum meorum ecclesie vpsalensi, videlicet curiam meam ibidem, Cui subsunt quindecim ore terre cum quatuordecim denariis, Cum omnibus domibus, suppellectilibus, et animalibus domesticis in eadem curia existentibus, Jtem do et lego eidem ecclesie vpsalensi vnam peciam terre, sitam in
föris-

förisengh iuxta vpsaliam, prope ecclesiam beati petri, saluo iure parochialis sacerdotis, et ecclesie de waxald, que pecia terre circumuallata est fossatis, continens in longitudine octoginta sex Repp et tres vlnas, in latitudine vero quaträginta tria Repp cum duabus vlnis, que inquam bona per me titulo empcionis conquesita, do, et lego prememorate ecclesie vpsalensi, apud quam corporis mei eligo sepulturam, faciens, constituens, et ordinans, ibidem in capella beatorum apostolorum petri et Pauli, de predictis bonis vnam perpetuam vicariam, sub condicionibus que secuntur perpetuo seruantur, videlicet quod sacerdos ad eandem vicariam per dominum archiepiscopum, et Capitulum institutus, habeat annis singulis in quatuor terminis viginti quatuor Marchas denariorum vsualis monete, vel valorem quinque Marcharum argenti puri, si monetam contingat immutari, et quod idem sacerdos obligatus sit ad seruicium chori secundum statuta choralium, et specialiter ad dicendum singulis septimanis tres Missas, vnam de beata virgine, aliam de beato laurencio, et terciam pro defunctis, et ad habendam in canone mei memoriam, viui vel defuncti, et vt supradicta bona eo stabilius pro memoriali perpetuo sint ecclesie vpsalensi. nullo modo de locis in quibus data et nunc sita sunt commutentur, sed sint sub manibus et tuitione domini archiepiscopi vpsalensis, quamdiu ipse dare voluerit de illis bonis, annis singulis et terminis pensionem supradictam, alioquin transeant et regantur cum aliis bonis fabrice, datis et ordinatis pro consimilibus perpetuis vicariis, In Cuius rei testimonium sigillum capituli vpsalensis, vna cum sigillo meo presentibus est appensum, actum anno domini. M^o. CCC^o decimo in vigilia sancti johannis baptiste.

Sigillen skadade.

1684.

1310 d. 1 Juli.

ERIK BOSES intyg om gränserna för en jordlott vid Harkeryd, hvilken han köpt af Nydala kloster, och medgifvande, att, ehuru sådana lägenheter enligt lag höra till de gårdar, å hvilkas egor de ligga, sådant likväl vid sjelfva köpet blifvit, genom serskildt förbehåll, honom betaget, med undantag af mulbete och fiske i 2:ne sjöar, hvaremot öfriga behof-ur den angränsande skogen endast med Abbotens och Ombudsmannens särskilda tillstånd får hemtas.

A. 3. x.

Omnibus presens scriptum cernentibus, ERICUS dictus BOSE salutem in omnium saluatore, Scripto presenti recognosco campum prope harcuryþ quem habui de monachis noue vallis, istis esse terminis conclusum, videlicet de pinu signata cruce iuxta orientalem et meridionalem finem stagni vlgariter vocati harcusio, directe, in abietem similiter signatam cruce, iuxta orientalem et aquilonarem finem proximi alterius adiacentis stagni sepsio

Sv. Diplom. II.